

Victoria auriga, in biga celeriter sinistrorsum volitat,  
 cursu celerrimo, ambabus manibus regens habenas  
 equorum. infra. C. PVLCHER. Argenteum hunc  
 nummum vidi Augustae Vindelicorum apud D.  
 Joannem Jacobum Fuccherum.

In una parte.

135. Roma videtur laeo vultu, galeata, monili baccato  
 ornata. à ceruice. P.

In altera.

Victoria in biga stans, ad laeuam rapitur citissimis  
 equis, utraq; manu lora tenens, ac regens equos.  
 Suprà. XXVII. infra. D. SILANVS. ROMA. Hunc  
 argenteum nummum memini me videri Roma  
 apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

136. Victoria videtur, capillo conuoluto, ad caluariam con-  
 globato, laeo facie. à ceruice. S.C.

In altera.

Victoria laeuum carpit iter, summa in biga insistens,  
 altera habenas moderans equorum, altera tenes lauri  
 rami. infra. T. CARIS. Nummum hunc ar-  
 genteum vidi Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

137. Roma cernitur galeam cristatam capite gerens, torque  
 aureo insignis. ad ceruicem est. X.

In altera.

Curru triumphali alto trabeatus videtur, una sceptru  
 tenens aquilatum, altera lauri rami, ad laeuam uia  
 inuehitur, quadrijugi sunt equi. Sub illis legitur.

L. REN.

E. iij.